Antonij nebriſſenſis grāmati-ci iuris ciuilis lexicon.

Cum priuilegio.

visto 1614

Fabianus Antonii. F.
Qui iuris nodos & legum ænigmata ſoluat:
Qui reſeret uoces quæ latuere diu:
Ecce nebriſſenſis uenit de plebe togata.
Deq; tenebroſis grammaticæ latebris.
Grammaticæ doctus quas, nō penetrabit in artes:
Si iam doctores ille docere poteſt.
Hic ſuper æthereas fiet tibi dædalus auras:
Qui modo uix ſeſe tollere uiſus humo.
Proteaq; ambiguum mirabere: fit modo flumen:
Fit leo, fit coluber. fit uiolentus aper.
Nil intentatum nihil hic iā linquet inauſum.
Grandius eſt aliquid quod mouet ingenium:
In medicas falcem ſegetes immittet acutam:
Vt metat hinc ſæclis cōmemoranda nouis.
Iam maiora parat: quæ mox in lumina promet
Codicibus ſacris nam ſua reſtituet.
Nec ceſſabit adhuc: reteget primordia gentis
Hiſpanæ: & uanas arguet hiſtorias.
Atque ſitum ponet prorſus ueneranda uetuſtas
Lethæo tandem nunc reuocata lacu.

Epigramma græcum florentinarum
Pandectarum fronti appoſitum.

βίβλον ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε
τὴν ῥα τριβωνιανὸς μεγάλω κάμε παμβασιλῆϊ
δια τις ἡρακλῆι παναιόλον ἀσπίδα τεύξας
ἧ ἔπι μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων
ἄνθρωποι δ' ἀσίης τε δορυκτήτου τε λιβύης
εὐρώπης τε πίθοντ' αἰόλου σημάντορι κόσμου

Latine ad uerbum interpretatur.
Librum Iuſtinianus rex fabricatus eſt hunc
Quē qdē tribonianus magno laborauit oīm ipātori
Sicut quis herculi uarium clypeum fabricatus
In quo reſplendent ſtatuæ omnes iuſte factorum.
Homines autem aſiæq; captæq; bello aphricæ
Europæq; obediunt totius imperatori orbis.

a i

210